



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXXIII. De Bello contra Terram de Wohensdorph & oppugnatione
castris Capostete.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Poppo de Ostera VI. Magister Gener. Ord. Teut.
Henricus de Wida III. Mag. Prov. in Prussia.*

rorum, qui cum eo fuerunt, ut relicta Idololatria, se ad Christi fidem converterent & fratres, & facti sunt, strenui pugiles fidei Christiana.

CAP. LXXIII.

De

*Bello contra Terram de Wohensdorph
& oppugnatione castri Capostete.*

ET quia idem Tirsko plenam habuit notitiam viae ad terras vicinas. Idcirco Commendator de Kunigsberg cum exercitu Sambitarum, dicto Tirskone Ducto. *Anno Domini MCCLVI. Principes Almannia duos, scilicet Alphonsum Regem Castelle & Richardum Comitem Cornubie fratrem Regis Anglia, in discordia elegerunt in Regem Romanorum quae discordia multo tempore duravit.* intravit terram Wohensdorph improvise, & applicatis scalis ad moenia, ordinatisque modo debito quae ad impugnationem sunt necessaria castrum Capostete violenter expugnavit, & in cinerem redegit, captisque & occisis in dicto castro & territorio ipsius pluribus hominibus totoque territorio rapina & incendio devastato recessit.

CAP. LXXIV.

De

Expugnatione aliorum castrorum, & Subjectione terra VVohensdorph.

SEQUENTI anno idem (a) Commendator de Kunigsberg validum exercitum iterum congregavit, & ad dictam terram Wohensdorph est profectus, castraque metati sunt in obsidione
Z 2 castrum